Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9146
Copyright: Melk, Benediktinerstift



positos habeto communes ut nullū hic homi
nū nil de peccoribus ledas. Dū hec agerent
diaconus dormire se simulans quod uir dō caris
gessit cū bestia considerabat. Et surgens prostra
uit se ad pedes eius et dixit. Nunc scio uere dnm
ēe tecū quam et bestie heremi obediunt tibi. Ille
autē dixit ei. Caue ne omnino hoc alicui dix
eris donec uideas glam dī. XII.

Noc te igitur exacta cū lux aurea siluarū inlus
traret opaca diaconus ait. Pater mi quid facturi
sumus hodie. At ille respondit. Obsecro te fili
ne moleste feras quod dico. Quia dns nos fecit
quod quesiuimus inuenire. hunc etiā diē in hoc
loco ducamus. Tolle rete et ad gurgitē uade. ego
quoque post te quantotius ibo. Forsitan dns solitā
nobis largitatē ostendet. ut regredientes ad
castrū offeramus patri nro prbo de hoc loco be
nedictionē quam nos dns inuenire donauit.
Diaconus resp. Gratū habeo quod pcipis pater. Et sur
gens cito cū inuocatione nominis dni assūpto
reciaculo prexit ad fluuiū. Cumque illud in
gurgitē mittere uoluisset duo demones in
effigie mulierū steterūt in littore. ita nudati
quasi balneū intrare uoluissent. Et cū tur
pitudinē sui corporis illi obicerent tollen
tes lapides iactauerūt contra eū et dixerunt.